

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Heresis c  
cum fontibus proximo et primis

Scisma est eadem opinantem atque eodem ritu colentem quo ceteri,  
solo aggregationis delectari dissidio,  
heresis uero diuersa opinatur ab hiis que catholica credit ecclesia.

Augustinus contra Faustum.

**Sed contra** est quod Augustinus, *contra Faustum*,  
distinguit inter schisma et haeresim, dicens quod  
*schisma est eadem opinantem atque eodem ritu colentem quo ceteri,*  
*solo con gregationis delectari dissidio,*  
*haeresis uero diuersa opinatur ab his quae catholica credit Ecclesia.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 39.1  
(P. Caramello ed., p.203).

schisma, nisi fallor, est eadem opinantem atque eodem ritu colentem quo ceteri  
solo congregationis delectari discidio;

secta uero est longe alia opinantem quam ceteri,  
alio etiam sibi ac longe dissimili ritu diuinitatis instituisse culturam.

Augustinus Hipponensis, *Contra Faustum*, 20.3 (CSEL 25, I. Zycha ed., p.537,  
ll.4-8).